Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



DE KALENDIS NON ET IDIB

xiij PRISCI STE PO
ribus pontifici minori haec pro
uidentia delegabatur (tradebat) ut nouae
lunae primum obseruarent aspec
tum (uisionem apparitionem) uisumque regi sacrificulo (causa adulationis)
nuntiarent. Itaque sacrificio a rege
et minore pontifice celebrato. idem
pontifex kalata id est uocata in ca
pitolium plebe iuxta curiam cala
bram quae ca se romuli proxima est.
quot numero dies a kalendis ad
nonas super essent pronuntiabat:
et quintanas quidem dicto quin
quies uerbo kalo; Septimanas
repetito septies praedicabat.
Uerbum autem kalo grecum est.
id est uoco; et hunc diem qui ex
his diebus qui kalarentur primus
esset placuit kalendas uocari;
et hinc et ipsi curiae ad quam uoca
bantur. calabre nomen datum est.
et classi quod omnis in eam uoca
retur populus. Ideo autem minor
pontifex numerum dierum qui ad
nonas super essent kalendo prodebat.
quod post nouam lunam oportebat
nonarum die. populares qui in agris
essent confluere in urbem. accepturos
causas feriarum a rege sacrorum
scituros que quid esset eo mense faciendum;
Unde quidam hinc nonas existimant
dictas. quasi nouae initium obser
uationis. uel quod ab eo die semper
ad idus nouem dies computarentur.
Porro idus uocari placuit diem qui di
uidit mensem. Iduare enim et rusti
ca lingua diuidere est. Unde uidua
quasi ualde idua. id est ualde diuisa.
Aut uidua. id est a uiro diuisa; Non
nullis placet idus dictas uocabulo
greco a specie quae apud illos idea
uocatur. quod ea die plenam speciem
luna demonstret; Notandum
autem quod in scripturas cum kalen
das cum legimus. nihil aliud quam
nouae ortus lunae intellegere
debemus. Iuxta illud numerum
In kalendis autem id est in mensium
exordiis offerentis holochaustadnon.
quia nimirum hebrei ut supra dictum
est. Non alia mensium exordia
quam neomenias. id est nouilunia nonarum

DE MENSIBUS GRECORUM

xiiij SED ET GRECI
et aegyptii de quibus supra
dixi mus. Nullam in suis mensi
bus kalendarum nonarum. id uumque